



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Amor infatigabilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO XIII.

AMOR DEI,

Amor inseparabilis.

Nequam, cur Amor Dei dicatur *inseparabilis*; quia
licet est insuperabilis, est amor conjunctus DEO,
incommodus, amor penetrans, & unus duplici glori-
ficationis & amoris. O quis mihi det, ut istud
in unum uniat cordi Dei funibus, eatenus, & clavis,
in nullo tempore, nulla ex causa possit ab eo separari;
si conjunctio amoris fiat cor unum, unus spiritus,
in eo ontas!

O me felicem, o me beatum, si semper sim unitus
Deo, semper unitus vitæ? Petis istam conversio-
nem? non separetur cognitio, non separetur
a Deo. Considera tuum Bonum, dilige tuum Bonum:
dilige Deum tuum, dilige Deum tuum: oculus sit
in Deo, affectus Bono.

Carissimam te summa Veritas: amem te, summa Bonitas:
quæ a seculis tecum uniat, summa eternitas.

CONSIDERATIO XIV.

AMOR DEI,

Amor infatigabilis.

Amor est, labor non est, sed sapor est, ait Ber-
nardus. Amor vincit omnem laborem, & talis est
incedo, ut fatigationem non lentiat. Labores mi-
nuunt, & enervant vires corporis; sed Amor reficit,
& au-

& auget vires animæ. Cùm infirmor, potens sum, & debilitatur cito sub pondere laborum, spiritus accipit robur à virtute amoris. Hic verus Amor, Sanctus ac divinus Amor facit magnum quodammodo corpus ad labores corporales, ut magis vegetus erit spiritus ad spirituales? quid in amando?

Vellem totus cor esse, ut possem totus amare: Velle, ut cor meum, quemadmodum semper mouet, ut vitam det corpori, sic etiam semper amaret, ut ferat ac seruet vitam animæ.

Sol non sentit fatigationem dum lucet: neque dum calefacit. Talis est anima, libera a passionibus renititur amori, sed facilis ac dulcis est ei, & quiescens. Labor est non amare: fatigatio est otiositas, ac paradisi somnus amare, semper, sine intermissione amare.

CONSIDERATIO XV.

AMOR DEI,

Amor invariabilis.

NON variatur Amor, quia non mutatur obiectum, quod amat. Amor enim vehemens, aut diligens non potest non videre quem amat. Nam utitur pro speculo, Deum suum representantibus. Hic Sanctus in sapientia manet, sicut Sol: Stultus, & mutatur. Eccl. 27. & qui perfecte amat Deum semper est immutatus & fixus, ut Sol in sua luce: amator mundi semper mutatur, ut luna in suo splendore.

Quid cogitari dignius, vel utilius potest, quam subjectum esse inconstantiæ mundi, & vicissitudinum rerarum: inter res mutabiles non mutari: sed eodem statu consistere, constantem in cogitatione